

**Ethica Amoris, Sive Theologia Sanctorum, Magni  
Praesertim Augustini, Et Thomae Aquinatis**

Circa Universam Amoris & Morum Doctrinam, Adversus Novitias Opiniones  
Strenuè propugnata, Et In Materiis Principaliter Hodie Controversis  
Fundamentaliter discussa

De Sacramentis In Genere Et Specie - Libros Octo Complectens

**Henricus, de Sancto Ignatio**

**Leodii, 1709**

Caput 138. Contritionis definitio ac divisio.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73212](#)

*ubi vultis vindicatis vobis Dei gratiam, ubi vultis repudiatis.*

1383 Obijcentibus ergo Novatianis, quod solus Dei sit peccata condonare. Verum est (optimè cum Ambroso responder Pacianus epist. 1. ad Sympro- nian. in fine) sed & quod per Sacerdotes suos facit, ipsius potestas est. Nam quid est illud quod Apostolis dicit: "que ligaveritis in terris, ligata erunt & in celis, &c.? " *Cur hoc, si ligare hominibus, au- thoritate Dei sibi commissa, non licet?*

Si dicas hoc solis Apostolis licuisse. Ergo (inquit Pacianus) solis solis baptizare licet, & Spiritum sanctum dare solis, & solis Gentium peccata purgare: quia totum hoc non aliis quam Apostolis imperatur est. Quod si uno in loco, & relatio vincularum, & Sacramenti potestas da- tur, aut totum ad nos ex Apostolorum forma & potestate deducunt est, aut nec illud ex Decretis relaxatum est. Ego " (inquit Apostolus) " fun- damentum posui, alius autem superaedificat. Hoc ergo superaedificamus, quod Apostolorum doctrina fundavit. Si ergo & lavari, & chrysomatis poteras ad Episcopos inde descendit; & ligandi quo- que ius adiut, atque solvendi, &c.

1384 Porro pœnitentia esse novæ legis Sacra- mentum, prout Ecclesia Catholica fides docet, li- quet ex aliatis Chirili verbis, quorum remissione peccata, remittuntur eis, &c. Neque enim in illius potestatis ministerio deest ritus externus, ut con- stat ex ejusdem Ecclesiæ praxi: neque Christi in- stitutio, quam verba illa manifestant: neque pro- missio gratiae, exterius illi ritus conjuncta. Abique gratus quippe infusione peccata non remittuntur. Ad verum autem, & propriæ dictum Sacra- mentum sola illa tria requirunt, dummodo allata Christi institutio pro toto Ecclesiæ tempore stabili- liter facta sit, ut factam esse constat ex eo quod per verba illa peccata remittuntur, ut & per alia baptizandi Christus absolutæ, & fine temporis aliquis exceptione concessit. Estque, & tempore fuit illa traditio Sanctorum omnium. Neque ei contradicunt Lutherani omnes; im- emadmittunt, omnes Confessionis Augustana defensoris, in qua capite de numero & usu Sa- cramentorum sic habetur: *Si Sacraenta voca- mus ritus, qui habent mandatum Dei, & quibus addita est promissio gratiae, facile est judicare, que sunt proprie Sacraenta. Non est enim auctoritas humana promittere gratiam... Verè igitur sunt Sa- cramenta, Baptismus, Cena Domini, abolutio, que est Sacramentum Pœnitentiaæ. Soli ergo Zuin- giani & Calviniani omnes, cumque ipsi Luthe- rani aliqui, Melanchton, Kemnitius, Matthias Illicius, &c. negant pœnitentiam esse novæ legis Sacramentum. Nec mirum, Lutheri discipulos ea in re in oppositæ sententias abiisse: cum ipsorum Magister Lutherus eadem in re variis facerit, & modo confessus, modo inficiatus fuerit, pœnitentiam esse Sacramentum, prout facile ostendit potest.*

1385 Sed cur (inquit) improbamus Calvinistas, auctores pœnitentiam aliud non esse Sacramentum à Sacramento Baptismi? Respondeo cum Tri- centino scilicet 14. c. 2. quia hoc Pœnitentia Sacra- mentum nullis rationibus à Baptismo differre dig- noseatur. Nam præterquam quod materia & forma, quibus Sacramenti essentia perficitur, longissime dif- fidet, consuet cerie Baptismi Ministrum Judicem esse non oportere: *cum Ecclesia in neminem iudicium exerceat, qui non prius in ipsam per Baptismi ja- nuam fuerit ingressus.* " Quid enim mihi (inquit Apostolus) de iis qui foris iunt judicare? " Secus est de domestica fidei. Nam hos, si se postea criminis aliquo contaminaverint... ante hoc tribunal (Pœ- nitentia) tamquam reos (Christum) sibi voluerit, ut per Sacerdotium sententiam possint liberari. Alius

est præter ea baptisini, alias pœnitentia fructus. Per baptismum enim Christum induentes, nova prorsus in eo efficiuntur creatura, plena & integra peccatorum omnium remissione conque- ntes. Ad quam tamen novitatem & integritudinem per Sacramentum Pœnitentia sine magnis nostris statibus (divinæ id exigente justitia) pervenire nequa- quam possumus. Tamen ergo per utrumque Sa- cramentum peccatorum tribuatur remissio, alter tamen & alter, per baptismum utique absque la- bore, per pœnitentiam non absque labore. Et ra- tionem diversitatis hanc reddit Pacianus epist. 3. quia baptisimus, utpote Sacramentum Dominica Paſſionis... gratiae donum est, id est gratuita dona- tio. Pœnitentia vero non sic, quia Sacramentum est iustitiae simul & misericordie, eaque ratione à Patribus vocatur baptisimus laboriosus, quia per eam peccatorum venia facilè & absque labore or- dinariæ non obtinetur. Et idēc a paucis magnis peccatoribus per eam peccatorum venia obtinetur. Quia, ut Pacianus prosequitur, *labor iste paucorum est, qui post castra reiungunt, qui post vulnera convalescant, qui lacrymosi vocibus adjuvantur, qui carnis interius revivificant.*

## CAPUT CXXXVII.

Sacramenti Pœnitentia partes declarantur.

1386 As sic declarat Tridentinum ibidem c. 3. Sunt 1387 autem quasi materia hujus Sacramentum, ipsius pœnitentia actus, nempe contritus, confessio, satisfac- cione: qui quatenus in pœnitente ad integratatem Sa- cramenti, ad plenamque & perfectam peccatorum remissione ex Dei institutione requirantur, hac ratione pœnitentie partes dicuntur. Partes utique materiales, seu quasi materiales: siquidem formalis seu quasi formalis pars, ab soluto est: est enim hujus Sacramenti forma. Que dum profertur super pœnitentem, cui per contritionem perfectam jam remis- siva sunt peccata, suo evidenti non frustratur effectu. Tum quia remissio illa anticipatus est effec- tuus ipsius; et quod hujus Sacramenti votum in il- la contritione continetur, sine quo voto peccata mortalia in Legi nova non remittuntur. Tum quia ab soluto supervenient illi remissioni, gratiam in pœnitente auget ac roboret, Spiritus sancti do- na confert, poenitentes temporales pro peccatis solvendas minuit.

## CAPUT CXXXVIII.

Contritionis definitio ac divisio.

1388 Contritus, que primum locum inter dictos pœ- nitentis actus habet, animi dolor ac detestatio est, de peccato commiso, cum proposito non peccandi de cetero. Tridentinum ibidem c. 4. Fuit autem quovis tempore (prosequitur Tridentinum) adim- petrandam veniam peccatorum hic contritionis mo- tori necessarius. Eumque in finem sex conditiones habere debet. 1°. ut sit supernaturalis, sive do- niū Dei, & Spiritus sancti impulsus, prout in- fri declarat, atque Innocentius XI. definitiv, hanc damnando propositionem 57. Probabile est suffi- cere attritionis naturalem, modò honestam, 2°. ut sit cum peccati odio, & pio animi dolore, quo tantam Dei offensionem pœnitentem detestetur, prout idem Concilium declarat c. 1. 3°. ut odium istud & dolor procedat ex amore Dei, tamquam fontis omnis iustitiae, prout loquitur scilicet c. 6. & pluribus infra amoris illius necessitatem demonstrabimus. 4°. ut includat cessationem à peccato, & nova vi- ta propositam & inchoationem (scilicet 14. c. 4.) ac per conqueens voluntatem peccandi excludat. Ibi- dem. 5°. ut sit cum fiducia divina misericordiae, sive cum spe venia. Ibidem. 6°. ut sit etiam con- voto praesidiandi reliqua, quæ ad ritu suscipiendum

Ggg 2

*hoc Sacramentum requiruntur; cum rōto utique satisfaciendi divīne iustitiae pro peccatis commis-  
tis, confitendūque mortaliū omnia, quibus peccator, post diligenter excusos conscientia sua si-  
mū omnes, & latrabit, Dominū & Deum suum  
mortaliū offendit meminerit. Ibidem c. 5. Sep-  
timam conditionem addunt nonnulli, nimirum ut contritio sit universalis, id est de peccatis omni-  
bus, saltem mortaliis; sed conditio ita latet ex precedētibus colligitur, utpote in quibus vita  
realiter continetur, præsentim in secunda.*

*1389 Ceterū ut sacerdōz signū aliquod habeat, unde colligere queat odīum peccati, ipsiusque ampliā non commitendī propōsītū est. plenū & integrū; five ex toto corde (prout esse debet) inter ceterā id colligere poterit, ex eo quod pœnitētēs fideliter obseruer media ad caven-  
dūm relapsum necessaria, tam uīque generalia;  
quām spēcialia. Media generalia ad id necessaria  
sunt oratio incēsa, fuga occasiōnū, fecellus,  
lectiōne piæ, vita Chritiana, pœnitētēs & labo-  
rīa. Media spēcialia, seu respectīvē ad spēcialēs personās necessaria, sunt exercitiū virtutū peccati  
commisīs opposita, nempe clēmētīa contra  
avariciā, jejunium contra gula excessū,  
austeritēs & labores corporales contra luxuriā;  
&c. Nemo securus esse poterit si firmo, plenōque  
& integrō suo propōsītū, nisi media illa amplexatur,  
maximē cū ferē omnia ad vitam pertīnant  
Chritianā, ad quam fideles omnes teneant,  
& sine quorū pax Dei ordinari grātiā suā  
non largitur, nec fortitudinem necessariam ad fieri  
mandam, voluntatem contra relapsū. Neque  
enī gratias suas Deus abīque ordine & discrimi-  
ne clārgiri solet, cū scriptū sit: *Omnia in mea  
fūra, & numero, & pondere dispositi. Sap. 11. 21.*  
Sed eas mediis à p̄f̄scriptis alligavit, etiam si  
ihs ipse non sit alligatus, sed homo s̄dēque ab  
que mediis illis cas aliquando extraordīnariē lar-  
giatur, ubi & quando vult. Quia *spiritus ubi vult  
spirat.**

*1390 Contritio alia perfecta est, alia imperfecta, qua  
attritio dicitur. Illa procedit ex charitate perfecta,  
semper conjunctam habet peccatorū remissiōnēm, grauiamque proinde sanctificantem, & chari-  
tatem habitualē, priusquam hoc Sacramentum  
actū suscipiat. Illa vel ex turpitudinē quidem per-  
eatī considerationē, vel ex geberē & panarū  
metu communiter concipiatur, inquit Tridentinū,  
sed amore perficitur: quāmvis enim metus ille  
seu timor bonus sit & utilis, coequē utiliter con-  
cessi fuerint *Nimivit, ad Jona prædicationem.*  
Denique timor ille donum Dei sit, & *Spiritu san-  
cti impulsus: si tamen pœnitētē tota effet ex t-  
more, sine amore iustitiae, & non propter Dei of-  
fensam, infructuosa effet, prout Tridentini Patres  
dixerunt apud Pallavicini. 8. Histor. Trid. c. 15.*  
Sed hoc de re plura in sequentibus.*

#### C A P U T C X X X I X .

*Cum ad minus probabilis sit sententia, offens-  
necessitatem amoris Dei propter se, saltem  
affectionē super omnia, ad iustificationē in  
Sacramento Pœnitētē (prout ex dicētis  
manifestē constabat) eaque tuior sit, & peri-  
clitetur valor Sacramenti, si absque amore  
illo Sacramentum suscipiat: sententia illa  
ab omnib⁹ certissim⁹ usque adeo sequenda: si  
in praxe, ut ne assertores quidem contraria  
opinioē sine dicto amore quemquam (circa  
necessitatem) absolvere licet possit, ne Sa-  
cramentū exponant probabilem periculū nulli-  
tatis, pœnitētē emque periculū infructuosa/fu-  
teptionis, ac damnationis.*

*I*ta sentio cum Ecclesia, quæ per Innocentium 1391  
XI. damnavit hanc propositionem, primam in-  
ter sexaginta quinque: *Non est illicitum in Sacra-  
mento conferendī sequi opinionē probabilem de valo-  
re Sacramenti, relictātione; nisi id veterē lex, con-  
venio, aut periculū gravis danni incurru-  
dū, aut collatione Baptismi, Ordinis Sacerdotalis, aut  
Episcopalis. Cujus damnationis aequitas perspic-  
eat eum graviter contra religionem; & charita-  
tem, qui, teiens & volens, Sacramentum admis-  
trat cum materia vel forma solum probabili-  
ter validā, cā relictā, quæ certi valoris est. At  
verō qui, sciens & volens, pœnitētē absolvit  
solum formidolose atritum, sine illo Dei prop-  
ter te amore, Pœnitētē Sacramentum, sciens &  
volens, administrat cum materia solum probabili-  
ter validā, relictā cā, quæ certi valoris est. Attri-  
tio namque purē formidolosa non est materia cer-  
ta, seu certo sufficiens, sed ad summūm proba-  
bilis. Cum sufficiēt illas neque certa sit certi-  
tudine fidei, nec certitudine morali. Neque enim  
habet fundamentum fide vel moraliter certum in  
Scriptura, neque in Concilii, neque in Patribus,  
neque in Doctōrum authoritatibus, neque in ra-  
tione; sed quācumque pro illa objiciunt argumen-  
ta, levioris armaturae sunt, longē & ab  
que comparatione solidiora; quæ contra illam ex  
Scriptura, Concilii, Patribus, Doctōribus, & ratione  
profecēt, ut manifestū sit in capitib⁹ sequentib⁹, ubi & plurib⁹ sacris documen-  
, & communī Traditionē Sanctōrum, com-  
muni item sufragio veterum Scholasticorum, va-  
lidoque firmamento Christianarum rationum illas  
probabitur insufficientia. Quam & confirmat  
authoritas Patrum tridentinorū, Doctōrib⁹  
recentiorib⁹, Episcoporum, Archiepiscoporum,  
Cardinalium, qui vel Tridentī tempore, vel  
proximē post illud, ac deinceps scripserunt, tanto  
numero, ut integrā etiam Acadēmī illis acce-  
derint. Ex quibus omnibus simili jucūtis apparet  
illius insufficientiam nedum probabilem esse, sed  
& longē probabiliorem, & proximē accedē-  
dūt certitudinem.*

Quām tamē probabilior non est, negat 1392  
non potest quād probabilis sit. Proinde attritio  
illius sufficientia dici neque moraliter certa.  
*Quām enim controversia sit* (ait Steyratus in The-  
ologia Morali emendata conclus. 10.) Orbis Ca-  
tholicus novit. Siquidē Episcopi Episcopis, A-  
cadēmī Acadēmī, scholās scholis hac in parte  
adversantur. Nec minor rationum oppositio: a  
dedūt ut Tridentinū Tridentino ab Authorib⁹  
opponatur, liceaque sine temeritate affirmare,  
nullam forēt esse in Theologia quāstionē, quā  
tam sollemptiter in scholis, ipsaēque Dei Ecclīsī  
controversiatur.

Denique sententiam de illius insufficientia ali-  
cujus theologicā censura, alteriusvè injuria, aut  
contumeliam notā taxare, in virtute fanētē ob-  
dientiā, & sub excommunicatione late senten-  
tia prohibuit Alexander VII. in Decreto de die  
5. Maii 1667. Igitur prohibuit eam taxare notā  
improbabilitatis; quæ una est ex censuris theolo-  
gicis, quibus damnabiles propositiones taxantur.  
Sunt enim 14. censura, ut videre est apud Ami-  
cum 1. p. disp. 29. in principio. Prīmō namque  
propōsītū notatur ut heretica. 2. crōnica. 3.°  
errori proxima. 4.° heresim sapienti. 5.° mali-  
sonans, seu piarum aurium offensiva. 6.° fan-  
dalofa. 7.° seditiona. 8.° schismatica. 9.° pe-  
riculosa. 10.° blasphemā. 11.° impia. 12.°  
arrogans. 13.° temeraria. 14.° improbabili-

Hoc ipso proinde quād Ecclesia prohibet sen-  
tentiam de formidolosa attritionis insufficientia